

- promereri valerem? huic certe benefactori in hac parte zeli plenus cum venia rursus addam: agis cum patria minus pie, cum in ceteris minus apte. quanquam enim inter felicitatis numeros patrie dignitas reponatur, nescioquo tamen modo loci plerunque tenuitas accedit
- 5 ad gloriam^(a). quemadmodum namque in optima urbe interque optimos nato, si deterior evaserit, probro ducitur, ita sane, si illustris e mapalibus eas, datum laudi. totus enim tuarum splendor virtutum ascribetur tibi; nil sibi patria vindicabit. quin, quo minus tibi materie ad rectum suppeditaverit, hoc plus favoris acquires.
- 10 « omnia preter homines bona sunt », ais. in qua nunc urbe, rogo, non mali homines sunt?^(b) ubi non multiplicatione scelerum tediosa vita melioribus? imo vero, quanto maior est locus, perverforum tanto feracior. iam in proverbium est: « ubi prudentia ibi « malitia ». non placent mores: non placeant sane; at facundie tam
- 15 valide vivaci testimonio non improbas^(c). abunde quidem, quod non imitaris, improbas. dictum Aristotelis aiunt, non esse querendum de qua quis esset patria, sed qua dignus^(d); nequaquam eodumtaxat^(e) amanda, quia magna, sed, ut ait Anneus, quia sua⁽²⁾. aves reptiliaque omnia, teste Cassiodoro, cunabula venerantur et
- 20 colunt⁽³⁾. ast omni tu expletus eruditione, que te alumnavit, terram fandi nota fedabis, quamque^(f) tuorum^(f) singulari elegantia morum extollis, improbatione demolieris?^(g) age fare; si quis in ore tibi illa ipsa que ultro invehis^(h) obiectet patrie tue, neque ea, qua⁽ⁱ⁾ vales plurimum, dicendi honestate^(k) defendas, nonne iniurius et
- 25 patrie maiestatis reus habere?^(l) si pro illius incolumitate subeunda mors est, adversumne detrahentibus mutiendum? fateor florentiore te dignum loco. at succurrat^(m) speciosissima queque ex sequestri loco humilique pene dari. haud longe preterea tuis a fini-

E, oltre di soverchia gratitudine, deve rimproverarlo di empietà verso la città natia. Chè, se alla felicità appartiene il trar origine da una patria illustre, è pur vero che la condizione meschina di essa suol aumentare la lode di chi nondimeno riesca virtuoso.

A qual pro dire che « tutto è buono, tranne gli uomini »? I malvagi si trovano dappertutto, anzi sono più numerosi nelle città più grandi.

« I loro costumi sono spiacevoli ». Basta allora il non imitarli.

Aristotele, Seneca, e Cassiodoro tengono un altro linguaggio sopra questo argomento; ora vorrà il V., che ben lo sa, far onta e vituperio alla città che gli diede nascita, onorandola con i buoni costumi, ma mordendola con le sue parole? Potrebbe il V. tacere, se altri gli avesse attribuito un simil vilipendio della patria sua, per cui dovrebbe affrontare persino la morte?

Non lungi da Capodistria nacque

(a) Codd. accedit P ad Sorlam (b) P sint (c) P impretes (d) G neque eo dumtaxat (e) G quamquam (f) B suorum (g) B demoliris (h) P que ultimo invehis (i) B neque in qua (k) G emendò dicendi facultate (l) G habere (m) G et succurrat

(1) Non abbiamo potuto rintracciare questo detto.

(2) SEN. Ep. ad Luc. LXVI, 26.

(3) « Aves ipsae per aëra vagantes « proprios nidos amant: erratiles ferae « ad cubilia dumosa festinant: volup- « tuosi pisces campos liquidos trans-

« euntes, cavernas suas studiosa inda- « gatione perquirunt: cunctaque ani- « malia ibi se norunt refugere ubi lon- « gissima cupiunt aetate constare » (CASSIODORI Variar. I, epist. XXI, in Opera omnia, Rotomagi, 1679, to. II, p. 12).